1781. Sat acerba fata, quae a retroactis aliquot annis
p. 69. non solum rebus, personisque monasticis, sed et ipsi Ecclesiae Capiti summo Pontifici sustinenda erant, praesens annus non tantum non mitigavit, sed potius multo acerbiora reddidit, praesertim in ditionibus augustissimo Imperatori Iosepho II. subiectis, magnam Germaniae, nec modicam etiam Italiae partem complectentibus; in his namque varia decreta caesarea religionem, remque ecclesiasticam

spectantia promulgata sunt. Primum, circa finem mensis Martii editum, tangebat Regulares, praesertim Mendicantes exemtos, quo eisdem imperabatur, ut omnia Monasteria extra ditiones Austriacas existentia, hucusque tamen provinciis Austriacis incorporata illico dimittantur: et si forte extraneae cuidam Provinciae quidam conventus Austriaci essent incorporati, hi pariter ab illa separentur, ut inposterum Provinciae Austriacae solum conventus caesareae ditionis, Provinciae vero extraneae nullum eiusmodi conventum comprehendant; sicque nexus omnis, excepto eo, quem habuere quoad suffragia et preces, cum extraneis Monasteriis, domibus ac communitatibus religiosis omnino tollatur. In eodem decreto Regularibus prohibebatur omnis recursus ad suos Patres Generales extra caesareas ditiones residentes, hisque interdicebatur omne exercitium potestatis et superioritatis, tam in spiritualibus, quam in disciplinaribus, quod usque modo in Religiosos Austriacos habuerunt: adeoque per hoc decretum abrogatam voluit Imperator omnem exemtionem Religiosorum Austriacorum a jurisdictione PP. Generalium; concessit tamen, ut Religiosi alias exemti regantur a suis Provincialibus, ita tamen, ut hi dependeant a locorum Ordinariis, ac saecularibus provinciarum suarum Guberniis.

Alterum decretum circa idem tempus publicatum prohibebat, ne ullae ordinationes pontificiae sive in forma bullae, brevis, decreti, constitutionis, sive in quacunque alia

forma, tam in materia ecclesiastica aut disciplinari, quam dogmatica expeditae; item collationes beneficiorum, pensionum, honorum, potestatis aut iurium pro personis singularibus, aut saecularisatio Professi cuiusdam Ordinis robur habeant et promulgentur, donec desuper obtentum fuerit placitum regium.

Haud multo post aliud emanavit decretum caesareum, quo prohibebatur, ne dispensationes in impedimentis matrimonii, aliaeque gratiae alias a summa sede concedi solitae Roma petantur, sed ab Episcopis dioecesanis, quibus in propria cuiusvis dioecesi eandem potestatem competere autumat Imperator, quam summus Pontifex in universa Ecclesia habet.

Iubebatur insuper, ut ex omnibus ritualibus dioecesanis folia bullam coenae et unigenitus continentia scindantur et dilacerentur, quod et a commissariis ad id deputatis ad amussim observatum fuit.

Iam cuilibet coniecturandum relinquitur, quam graviter per haec decreta sauciatum fuerit cor Romani Pontificis, cui Christus ipse tanquam suo in terris vicario et visibili totius Ecclesiae Capiti posteriori potestatem supremam non tantum in omnes fideles, sed et in ipsos Episcopos dedit, dum eidem et agnos et oves, i. e. Episcopos pascendos commisit.

Verum super dolorem vulnerum ipsius additum fuit per aliud decretum caesareum, 15 Octobris editum et paulo post promulgatum, vi cuius acatholicis augustanae et helveticae

confessioni addictis et graecis non unitis in omnibus locis sub dominio Imperatoris existentibus non solum liberum suae religionis exercitium, sed et libertas aedificandi templa, sine turribus tamen, campanis et publico ingressu, concessum fuit. In eodem decreto dictis Acatholicis promisit Imperator, quod rogatus eisdem etiam ius incolatus in locis, ubi hucusque propter diversitatem religionis illud obtinere non poterant, concedere eosque habitare velit ad omnia officia, gradus et dignitates, nullo facto discrimine inter ipsos et catholicos subditos.

Tandem per publicum edictum omnibus, qui sub regimine Augustissimae Imperatricis, matris suae ex Austria et aliis ditionibus haereditariis integre catholicis ob id, quod Lutheranismo adhaeserint, migrare compulsi sunt, data est facultas redeundi et sua vindicandi.

Praeterea rumor non inanis circumvolitabat, Imperatorem adhuc plura alia, praesertim abolitionem Monachorum et Monacharum vitam pure contemplativam profitentium animo versare; ex quo satis colligi potest, ea omnia, quae hucusque in praeiudicium rei catholicae sunt imperata, tantum esse initium dolorum.

---

p. 72. Narrata sunt haec, quamvis proprie ad historiam Provinciae nostrae non pertineant, ut posteritati innotescat, quid Ecclesia, quid Ecclesiae Caput, quid Religiosi, nobiliora Ecclesiae membra, nostris temporibus in ditio-

nibus Austriacis passi sint et ut pariter quivis vel modica rerum intelligentia praeditus facile perspiciat, magnopere timendum, ne Imperatoris exemplum sequantur et alii Germaniae Principes, etiam ecclesiastici. Ut nihil memorem de exemtione Religiosorum, quam alias quidem Germaniae Episcopi non tantum sinistro aspiciunt oculo, sed et data quavis occasione labefactare conantur; inter quos certe praecipuus est celsissimus S. R. I. Elector et Archiepiscopus Moguntinus, qui talem in Religiosos exemtos iamiam exercuit iurisdictionem, qualis cum exemtione concordare non potest, idquod satis superque experti sunt Capucini Provinciae Rhenanae. Praecessit hic Ecclesiae Praesul Imperatorem in hoc, quod hoc anno tria Monasteria, unum Carthusianorum et duo Monialium aboleverit, horumque reditus universitati Moguntinae addixerit, Monachis et Monialibus pensione annua ad dies vitae assignata. Res ante nostra tempora a Principe catholico, praesertim ecclesiastico nunquam attentata, ex qua alii ansam sumere possunt, faciendi similia; nam si Princeps ecclesiasticus talia sibi licere autumat, quid non timendum de saecularibus Principibus? imo quid non timendum de plebe, in qua religionis fervor notabiliter remittere, rerum sacrarum aestimatio passim vilescere, licentia vivendi iuxta genium depravatum et mores ex defectu Christianae educationis et lectione variarum pagellarum religionis contemtum instillantium correptos, praesertim in iuventute nimium quantum invalescere, peccata graviora pro nihilo repu-

tari et fidei veritates in dubium vocari iamiam coeperunt (quod tamen Deus avertat), ne nobis contingat, quod Christus perversae et incredulae Iudaeorum genti praedixit, scilicet: Auferetur a vobis regnum Dei (fides vera) et dabitur genti facienti fructus eius.

Monasteriorum abolitio etiam in ipsa patria nostra attentabatur. — —

1782. Si edicta caesarea, praesertim illud de tole-
p. 84. randis haereticis et permittendo eisdem libero religionis acatholicae exercitio, priori anno in statibus Austriacis promulgata Ecclesiam non leviter sauciarint, abs dubio eandem multo gravius percussit strenua eorundem edictorum, praesertim illius de tolerantia executio, quae sub interminatione indignationis caesareae, graviumque poenarum statim ab initio huius anni ita urgeri coepit, ut etiam Episcopi, zelo fidei alias praeclari, potestati resistere aut non ausi, aut rei catholicae non proficuum esse arbitrati sint. Supra modum autem et quasi insanabili vulnere percussa fuit ex eo, quod inter ipsos Episcopos, quibus depositum fidei integre servare vi officii commissum est, quique ad exemplum ipsius summi pastoris Christi Domini animam deberent ponere pro ovibus suis, aliqui fuerint, qui huiusmodi edicta Ecclesiae adeo praeiudiciosa non tantum non improbarunt, sed et insuper editis literis pastoralibus comprobarunt tanto omnium bonorum luctu et rei catholicae detrimento, quanto improborum et acatholi-

corum iubilo et incremento: difficile enim relatu est, quam multi, praesertim de plebe rustica, a fide catholica publice defecerint, non amplius convertendi, sed per praecones ex longinquis advocatos et introductos magis magisque in erroribus confirmandi et aeternum perituri.

Verum quidem est, quod potissima pars eorum, qui publice ab Ecclesia defecerunt, homines improbi et perversi, alias animum a fide catholica aversum habentes et hucusque tantum ob metum exilii externe fidem catholicam profitentes, interius autem haeresi addicti fuerint, quales in ditionibus Austriacis continuo multos vixisse constat, a quibus tanquam a paleis Ecclesiae area fuit purgata, remanentibus in ea solis electorum granis, quod quidem dolorem Matris Ecclesiae aliquantulum mitigare potuisset, ni in ipso anni huius primordio aliud decretum caesareum prodiisset, vi cuius iuxta rumorem anno proxime elapso ubique iam divulgatum, melior Ecclesiae pars, personae per solemnia religionis vota Deo dicatae et vitam pure contemplativam in religionibus ab Ecclesia adprobatis professae, e suis monasteriis migrare iussae, aut aliud regulare institutum, bono publico vel iuventutem instruendo, vel infirmis serviendo proficuum, amplecti, aut tenui pensione contentae extra monasteria, sacerdotes quidem in habitu clericali, reliquae vero vel in habitu saeculari vivere, aut omnino nubere, aut emigrare permissae sunt ab Imperatore. Promulgabatur hoc decretum per

commissarios caesareos supra dictis Monachis et Monialibus die 22. Ianuarii, simulque per eosdem omnia Monasteriorum bona conscribebantur, adplicanda, ut dicebatur, pro constituendo fundo parochiali: sicque dupliciter afflixit Ecclesiam Imperator, ex una parte favendo haereticis et ex altera parte nobiliora et selectiora eiusdem membra e monasteriis eiiciendo et eo ipso optima occasione privando, servandi vota sua Deo promissa, colendi virtutem et pietatem, prosequendi cultum divinum et operandi salutem animae in statu perfectionis. Duo haec mala non nemo expressit sequenti disticho:

Tollendos tolerat, tolerandos Austria tollit:
Tollens et tolerans non toleranda facit.

Cum numerus Monasteriorum hoc decreto sublatorum ultra octogesimum ascenderit, facile coniecturari potest, quod ultra mille sexcentae personae religiosae e Monasteriis eiectae fuerint, si assumatur, in singulis Monasteriis tantum viginti vixisse: difficile vero imaginari sibi, quis poterit, quantus ubique luctus visus, quantaeque lamentationes ubique auditae fuerint a personis, quae maximae gratiae loco habuissent, si intra Monasterii septa modica pensione sibi assignata frui et inibi arctam quidem, sed vocationi suae conformem et consolatam vitam vivere et pie mori saltem permissum fuisset. Verum nec preces audiebantur, nec lamenta movebant cor Imperatoris; tempore enim praefixo omnes diu inhabitatum innocentiae asylum et perfectionis domicilium egredi iubebantur; Ecclesiae,

in quibus ex Fundatorum piissimorum intentione laudes divinae die noctuque personabant, claudebantur et cuncta Monasteriorum bona, mobilia et immobilia, tam ex fundationibus, quam patrimoniis et parsimonia iuste acquisita plus offerenti vendebantur, sicque verificabatur id, quod diu ante poeta quidam sequentibus versibus praedixit:

Quas sacras aedes pietas exstruxit avorum,
Has nunc devastant haeredes more luporum.

---

p. 91. Possent adhuc alia, antehac inter Catholicos vix audita, intra spatium tamen huius anni facta, referri: sufficiet tamen, praetermissis omnibus aliis, solum animadvertere, quod Archiepiscopus Salisburgensis hoc anno in suis ditionibus abrogaverit tertium ordinem S. Patris nostri Francisci de Poenitentia dictum et prohibuerit, ne de praerogativis indulgentiae Portiunculae e cathedra mentio a concionatoribus fieret, ac tandem sic dictas literas pastorales ediderit, quibus ornatus ecclesiarum tanquam res menti sanctorum Patrum et antiquae disciplinae ecclesiasticae adversans carpebatur, lectio Bibliae germanicae indiscriminatim omnibus fidelibus tanquam utilissima, imo vix non necessaria commendabatur, aliaque plura in Ecclesia hucusque pie observata, praesertim devotio et cultus sanctarum imaginum, tanquam abusibus scatentia culpabantur. Quae et similia in multis scandalum, in aliquibus fluctuationem in fide, in nullo aedificationem causarunt.

1783. In ditionibus Austriacis Monasteriorum aboli-
p. 107. tiones continuabantur; omnes devotae confraternitates abrogabantur; missarum celebratio publica in diebus dominicis et festivis in ecclesiis non parochialibus interdicebatur et in ecclesiis parochialibus ad certum numerum restringebatur; publica et frequens SS. Altaris Sacramenti expositio prohibebatur; ornatus ecclesiarum amovebatur et pretiosa earundem vasa quasi superflua sub praetextu ea melius applicandi auferebantur: paucis! plures ordinationes, quae circa res ecclesiasticas ab Imperatore fiebant, non ad accendendum fidelium fervorem, sed potius ad cultus divini diminutionem et fervoris extinctionem cedere debere ab omnibus religiose sentientibus praenoscebantur. Super haec Imperator propria auctoritate sine consensu S. Pontificis edidit leges pro ineundis matrimoniis legibus ecclesiasticis non omnino conformes, imo in uno et altero etiam difformes, a quibus in suis ditionibus aut valor, aut nullitas contractus matrimonialis dependeat.

---

p. 108. -- Parem sortem expertus est P. Provincialis Austriae; quia et ipse ab officio depositus et cum quibusdam aliis Diffinitoribus ac provinciae Patribus ad omnia officia inhabilis fuit declaratus, eo quod P. Longinum maniacum, qui Brunovii iam per plures annos necessario in custodia detinebatur, ex ea non eduxerit; hanc ipsam ob causam P. Guardianus Brunoviensis fuit depositus et ad omnia officia inhabilitatus, cui insuper pro poeniten-

tia imponebatur, ut per sex hebdomades in domo cuiusdam Decani ruralis SS. exercitiis vacaret. — —

---

p. 109. Ab immemoriali tempore Patres societatis Iesu missiones ita peregerunt, ut totam Patriam peragrantes ubique praedicationibus et aliis laboribus spiritualibus mire fructificarint. Easdem missiones iidem Patres, post abrogatam societatem, Exjesuitae dicti, continuaverunt usque ad hunc annum; qui, sicut omnibus prodesse satagebant, ita nemini erant onerosi, viventes de fundatione a piis et devotis hominibus facta. Nostris temporibus Augustissima Imperatrix Maria Amalia Monachii magnis sumtibus domum pro iis, qui sacris exercitiis vacare desiderant, emit, sacellum in ea exstructum pretiosa supellectili ditavit, rebusque omnibus in hunc finem necessariis instruxit ac congruis reditibus dotavit, ut iuxta piissimam religiosissimae fundatricis intentionem perpetuis futuris temporibus omnes SS. exercitiis vacantes in hac domo reciperentur et gratis alerentur. Duplex haec fundatio ad fines supradictos facta cassabatur penitus, reditibus earum pro scholarum germanicarum melioratione et ludimagistrorum sustentatione (ita in vulgus spargebatur) deputatis: omnis ornatus sacer et pretiosus, etiam Chirothecae et Calices etc. tam Monasterii Monialium Ridlerianarum, quam Missionis et domus Exercitiorum publica auctione plus offerentibus, etiam Iudaeis vendebantur et profanabantur. Moniales illae, quae in suo

Monasterio Ridlerorum adhuc remanserant, ex eo exire et in domum extra civitatem prope Moniales Elisabethanas magna ex parte pro ipsis noviter aedificatam migrare iussae sunt, ubi deinceps sine clausura et choro iuxta genium suum cuilibet vivere concessum fuit: Monasterium evacuatum cauponi inhabitandum permittebatur, qui et ibi hospitem agere non dubitavit.

---

p. 114. --Intendebant quidem aliqui Religiosis minus addicti rem eo perducere, ut Religiosis mendicantibus omnis collectura prohibeatur, abs dubio non alia de causa, nisi ut coloratum titulum haberent imponendi genti rusticae novum tributum sub specioso praetextu dandum, ut a vexationibus molestis collectorum liberetur et ipsi Religiosi quietius in suis Monasteriis Deo servire valeant; hinc a superiori Regimine (obern Landesregierung) praeceptum est superioribus mendicantium, ut et literas fundationis aut admissionis, cum designatione Personalis tunc ipsis concessi, exhibeant et quantitatem eleemosynarum ordinarie collectarum, sicut et eleemosynae pecuniariae pro missis recipi solitae, ac denique, quid pro annua singulorum Religiosorum sustentatione ipsi necessarium iudicaverint, fideliter indicent: ast consilium hoc malignantium a Consilio intimo, nescitur quam ob causam, in tempore dissipatum et Regimen superius a labore, quem in perlegendis et discutiendis his designationibus habuisset,

exemtum est ita, ut et a superioribus Religiosorum nulla disignatio requireretur amplius.

1786. Scintillas discordiae cum summo Pontifice
p. 156. hucusque inter cineres gliscentes magis excitavit et ignem foras erumpere fecit nova Nunciatura; misit nempe summus Pontifex ad repetitas serenissimi Electoris instantias Reverendissimum ac Excellentissimum Dominum Dominum Iulium Caesarem ex Comitibus de Zoglio, Archiepiscopum Athenarum, Monachium, ut apud aulam nostram electoralem Nuncii apostolici cum facultatibus Legati de latere pro omnibus ditionibus bavaro-palatinis munere fungeretur. Advenit hic Monachii vigesimo Maii, suumque cum tali praerogativa adventum Archiepiscopis et Episcopis, ad quorum dioeceses territoria bavaropalatina se extendunt, intimavit; sed tantum abfuit, ut ipsum hoc caractere insignitum venerati sint, ut potius non tantum contra novam hanc Nunciaturam protestati sunt, sed et omnes alias Nunciaturas in Germanico Imperio diu praeexistentes et vi concordatorum Germaniae stabilitas, tanquam suis iuribus episcopalibus praeiudiciosas abrogare statuerint.

Hunc in finem mense Augusto Archiepiscopi Moguntinus, Coloniensis, Trevirensis et Salisburgensis convenerunt in thermis Emsensibus, ibique concluserunt, Concilium nationale esse convocandum, ut per id stabiliantur omnia illa iura, quae per quatuor suos

Consiliarios (adduxit unusquisque unum) Episcopis tanquam propria attributa sunt et per quae iurisdictio Episcoporum etiam ad aliqua foret ampliata, quae ab ipsis Conciliis solius summi Pontificis potestati sunt reservata: inter haec erat etiam conclusum, exemtionem Religiosorum penitus esse abrogandam. Utrum autem Archiepiscopi suum de celebrando Concilio nationali intentum perficere valuerint, tempus docebit. Certe si res eo usque deveniret, nonnisi perturbationes et collisiones inter Archiepiscopos et Episcopos timendae forent, cum et ipsi Episcopi Archiepiscopis in iurisdictione ecclesiatica pares esse praetenderent.

Nunciaturae Monacensi, quis credidisset hoc? pariter se opposuit celsissimus Princeps et Episcopus Frisingensis in medio Bavariae residens, qui ab agnoscenda huius Nuncii potestate adeo alienum se exhibuit, ut nec dispensationes, nec alios favores a Nuncio concessos respexerit. —— Summus Pontifex tantam Episcopi alias apostolicae sedi addictissimi renitentiam admiratus dedit ad ipsum literas charitate, sapientia et apostolico spiritu plenas, postea per typum publici iuris factas, quibus luculenter demonstravit potestatem sedis apostolicae mittendi Nuncios ad quascunque regiones et praesertim in Germaniam, et quod per Nuncios iura episcopalia non tantum non laedantur, sed potius protegantur. Quid autem his literis effecerit, nondum constat.

---

p. 159. Tota iubilante Bavaria (NB. wegen der Geburt der zween Prinzen) funestus venit Nuncius de obitu Augustissimi Borussiae Regis Friderici secundi, qui postquam vixit 74 annis, 6 mensibus et 13 diebus, et gloriosissime regnavit 46 annis, 2 mensibus et 17 diebus, ac decies in acie contra potentissimos hostes victor lauros cumulavit. 17 die Augusti defunctus est. Rex certe dignissimus, cuius memoria etiam in nostris chronicis posteris nostris transcribatur; erat enim licet ipse Acatholicus, Catholicorum ac Religiosorum, inprimis Capucinorum fautor eximius, qui et totam Bavariam sibi valde devinxit, dum post mortem Electoris nostri Maximiliani Iosephi, ut alibi iam commemoratum est, conatibus Austriacis, maiorem et meliorem Bavariae partem sibi adpropriare laborantibus, sese fortiter, etiam exercitibus in campum eductis, opposuit: qui postea etiam auctor et caput fuit foederis inter Imperii Principes initi contra quemcunque, qui modernum Imperii statum immutare attentaverit sicque commutationem patriae nostrae pro parte Belgii, vix tertiam Bavariae partem adaequante, sapientissime sine effusione sanguinis impedivit, patriamque nostram quasi ab interitu liberavit; facile enim praevidere poteramus, quod, si facta fuisset commutatio a serenissimo nostro iam ratihabita, eandem secuta esset Religiosorum et Monialium non tam diminutio, quam eliminatio, Protestantium et sic dictorum Reformatorum introductio, ac plurimorum a vera fide defectio. Quam libenter huic de nobis adeo bene merito Regi aeternam requiem optare-

optaremus, si piae precationes nostrae eidem prodesse possent! et quis scit, an non prosint? immo possunt prodesse, si ante mortem suam, prout aliqui asserebant, catholicae fidei professionem fecerit: hoc pro certo dicebatur, quod in ultimo morbo ipsi frequens et quidem remotis arbitris adfuerit quidam Monachus Benedictinus, qui Bibliothecarii munere apud ipsum diu antea iam fungebatur.

1790. Annum hunc praecipue memorabilem reddit
p.211. obitus supremi S. R. Imperii Capitis, Iosephi huius nominis secundi, qui 20 Februarii contigit. Relata sunt prioribus annis, quae Altefatus ab eo tempore, quo in ditionibus Austriacis solus regnavit, in praeiudicium rei catholicae et potestatis ecclesiasticae a Christo institutae, malorum consiliariorum instigatione, insuper habitis monitis et precibus ipsius Christi vicarii, Pii VI., ad ipsum a Roma Viennam usque profecti, decreverit et executus fuit et quae neque in mortis articulo revocavit. —

Erat, nescitur quis, qui tumbae ipsius inscribendum censuit sequens epitaphium:

En? Iosephus eram. Non sum. Rexi. Requiesco.
Illustrans mundum, iam tristi contegor umbra.
Excepi salve. Iam dico: vale. Superare
Volens: sum victus. Docui, Doceor. Reseravi

Clausuras ridens: Claustri me crypta recondunt.
Croesus eram templis: Me fecit tumba sequacem
Diogenis. Vix omne fui: iam mortuus, heu! quid?
Munde, vale! vermes, salvete! hic disce, viator!

1795. Paulo ante festa paschalia pervenit ad nos de
p.300. obitu serenissimi Ducis Bipontini, Caroli Augusti, proximi successoris serenissimi Electoris nostri, Caroli Theodori, tam in Electoratu, quam in omnibus suis ditionibus palatino-bavaricis, si ipse Elector sine mascula progenie decederet. Obitus iste Bavaris non adeo luctuosus erat, tum quia spes affulgebat, obtinendi Principem haereditarium ex ipso serenissimi Electoris matrimonio, tum quia nec ipse Dux Bipontinus haeredem masculum habebat, tum quia non satis constabat, quid sub eiusdem regimine sperari posset. Aliqui etiam praesagiebant Religiosis pauca favorabilia et consequenter etiam religioni. Forte etiam noster conventus Monachii non adeo tutus stetisset, quia aliquando Monachii existens dixit, quod non sit convenienti in loco conventus noster, cum non deceat extra murum intra munimentum tale aedificium stare.

III.

Nachtrag zu meiner Vorrede zu den Aussprüchen der Minnegerichte, (München bey Scherer, 1803. 8.)

Der Tractatus de Amore, von welchem Hartliebs von mir angeführtes Buch die Uebersetzung ist, und woraus ich die Iudicia amorum, so wie sie in der hiesigen Handschrift stehen, abdrucken liess, ist einmal im XVten und zweymal im XVIIten Iahrhundert gedruckt worden, dessen ungeachtet aber so selten, wie eine Handschrift. *)

Die erste Ausgabe erschien unter folgendem Titel: Tractatus Amoris et de Amoris remedio Andree Capellani Pape Innocentii quarti ad Gualterum incipit feliciter; et habet quatuor partes. S. l. et a. in fol. min. s. Denis suppl. ad Maittaire, no. 4180. Suhl Nachrichten von der Lübecker Stiftsbibl. S. 10. Freytags Nachrichten von seltnen Büchern S. 262—267. Menken miscellanea Lipsiens. nova, vol. VIII. p. 545—564. Der verstorbene Hofrath Kästner hatte das Menkensche Exemplar an sich gebracht. S. Freytag l. c.

*) Auch Ios. Simler in seiner Ausgabe der Gesnerischen Bibl. univers. kannte diess Werk, doch nicht dessen gedruckte Ausgabe, indem er sagt: Andreae Capell. extant libri duo de amore manuscripti.

Hierauf folgte im Iahre 1610. Andreae, Capellani regii, scriptoris vetustissimi, Erotica sive Amatoria, diu multumque desiderata, iucundissimis historiis referta, cum frugifera Amoris reprobatione; a Detmaro Mulhero in publicum emissa.*) Tremoniae, 1610. 8. s. Freytag und Menken a. a. O. Ehinger Catal. Bibl. Augustanae, p. 578. Catal. Bibl. Menken, p. 851. Hendreich Pand. brandenb. p. 171. Fabricii Bibl. cat. med. et inf. aetat. (Patavii, 1754. 4.) p. 91.

Kurz darauf, nämlich im Iahre 1614., kam diess Werk nochmals zu Dortmund heraus, oder es wurde vielleicht nur ein neues Titelblatt dazu gedruckt. S. Menken und Freytag a. a. O.

Es haben also schon viele Gelehrte dieses Buch gekannt und gelesen, und einige davon, wie z. B. Menken, seinen Werth mit Unrecht sehr heruntergesezt. Am auffallendsten ist mir, dass sie alle, von der Aufschrift der ersten Edition verführt, dasselbe dem Kaplan Andreas zuschreiben, und zum Beweis dieser Behauptung folgende Worte aus dem 11ten Kap. des IIten Buchs anführen, die mir eben am deutlichsten zu beweisen scheinen, dass Andreas nicht der Verf. des tract. de Amore seyn könne: quos ab Amoris curia penitus esse remotos, Andreae, aulae regiae Capellani,

---

*) Detmar Mulher oder Müller kannte die erste Ausgabe nicht, sondern besorgte die seinige nach einer (sehr fehlerhaften) Handschrift, in der Meinung, das Werk sey noch unedirt, wofür es bey der Seltenheit der ersten Auflage auch wirklich angesehen werden konnte.

evidenter nobis doctrina demonstrat. Nicht blos hier, sondern auch in den iudiciis Amorum kommt eine ähnliche Stelle vor, worinn sich auf die doctrinam Andreae Capellani berufen wird. Offenbar muss also diese doctrina ein anders Werk, und zwar von einem andern Verf. gewesen, und die Aufschrift der ersten Edition aus einem Irrthum entstanden seyn. Menken und Freytag geben sich viele Mühe, zu erforschen, wo Andreas seine Kaplansstelle verwaltet habe; aus ihren weitläufigen und mühsamen Untersuchungen geht aber kein anders Resultat hervor, als dass man nichts Gewisses hierüber sagen könne, wesswegen ich auch diese Frage nicht erneuern will. Uebrigens sagt Fabricius a. a. O., dass Andreas um das I. 1170. gelebt habe, und Menken bestättigt es, weil der im Werke vorkommende Brief der Gräfin von Champagne*) von diesem Iahr datirt ist. Dass endlich die ebenangeführten gedruckten Ausgaben, deren ich keine je gesehen habe, mit unserm Tract. de Amore eins seyen, beweisen die bey Menken und Freytag befindlichen Auszüge.

---

*) Da Andreas der Verf. des Tract. de Amore nicht wohl seyn kann, so kann das Datum eines in diesem Tract. befindlichen Briefs nicht das Zeitalter bestimmen, in welchem er gelebt hat.

IV.
Fortſetzung der Briefe.

Sechster Brief.

Benediktbeuren, den 15ten April.

An eben dem Tage, da wir von Tegernsee abreisten, kam dort der churfürstliche Befehl an, dass der Prälat und zwey seiner Offizialen sich in das Kloster Niederaltaich begeben sollten. Dieser Befehl wurde mit dem Anbruch des andern Tages vollzogen, und die drey halsstarrigen Mönche verliessen ihren bisherigen Aufenthalt, ohne von ihren bey priesterlicher Ehre abgelegten falschen Aussagen im mindesten abzuweichen. *)

Die Schätze der hiesigen Bibliothek an Handschriften und Inkunabeln sind von Gerken und Zapf, aber viel früher und vollständiger von Petz (in thes. Anecdot. T. III. P. III.) angezeigt und beschrieben worden. Sie bestehen vorzüglich aus noch ungedruckten Denkmählern der ältesten teutschen Sprache vom 8ten bis zum 14ten Jahrhunderte. Einige kleinere Stücke werde ich in der Folge diesen Beyträgen einrücken. Die grössern verdienten besonders herausgegeben zu werden. Vom 8ten Jahrhunderte fand ich hier 11 Handschriften, alle mit Merovingischer Minuskel-Schrift

*) Vergleiche unten den XVIIten Brief.

geschrieben. Auch aus dem IXten, Xten und den folgenden Iahrhunderten waren hier viele und merkwürdige anzutreffen. An neuern kostbaren Werken waren besonders das historische und philosophische Fach reich.

Der Abt von Benediktbeuern ist selbst Schriftsteller, und hat sich in früheren Iahren durch Aufstellung liberaler Grundsätze im Kirchenstaatsrecht auf eine vortheilhafte Art ausgezeichnet.

Auffallend war es uns, hier ein eigenes Behältniss von verbotenen Büchern anzutreffen, das meistens mit protestantischen Theologen angefüllt war. Andere von Rom aus verdammte Bücher fanden wir unversperrt, und bey der bekannten Monarchia Solipsorum war sogar die Bemerkung eingeschrieben: non est prohibitus liber iste. Ein Zug, der für den künftigen Geschichtschreiber der Ordensantipathien nicht verloren gehen darf.

Unter den vielen Handschriften, die ich hier fand, war auch ein Verzeichniss des Archivs, worinn mir mehrere Stellen besonders auffielen, die ich hieher setzen will, um durch ein neues Beyspiel zu zeigen, welche Gesinnungen in den Klöstern die herrschenden waren. *)

---

*) Man sage nicht, dass dieses Verzeichniss das Werk und die Schuld eines Einzigen sey. Es war bis zur Aufhebung des Klosters das allgemeine Handbuch aller Klosteroffizialen, daher es sich 5mal vorfand, nämlich im Archiv, bey dem Prälaten, bey dem Pater Gerichtsherrn und bey zwey andern geistlichen Beamten.

„Nro. 74. Eine aus unserer Chronik und kai-„serl. Diplomatibus bekannte Sache ist, wie übel „H. Arnulphus malus mit den Gütern unsers Klo-„sters umgegangen, von welchen noch etliche hun-„dert auf heutigen Tag abgehen. Vor Augen „liegt, dass seine Nachkömmlinge dem Kloster „das jus libere eligendi advocatum, wie auch „die Reichsimmedietät unaufhörlich bekränken. „Otto IV. hat mit 500 Mann das Kloster etliche „Tage ausgeplündert und gebrandschazt. Vom Abt „Friedrich († 1422.) haben die damals miteinander „kriegenden kaiserlichen Herzoge 5000 Dukaten „erpresst, und was noch dergleichen mehr unserm „Kloster vom Haus Baiern übles zugefügt worden. „Und obwohl nicht ohne ist, dass es auch „einen und andern Herzog gegeben hat, „welche dem Kloster etwas Gutes ge-„than: so ist doch zwischen dem Guten „und Bösen keine Gleichheit zu finden. „Nichts desto weniger musste man doch allzeit „mehr und mehr geben, und in allem, was nur „zu erdenken war, beyhelfen, wie sich denn aus „den Dokumenten folgende Gattungen ergeben, die „von dem Haus Baiern an uns da und dort begehrt „worden sind.“ *)

„Sälblinge (Saepiscius), Ruthen, geräucherte Fische, Karpfen etc. Hühner, Pfauen, Kapaunen, Gänse, Hunde, Jäger, Felberbäume, immer grünes Holz, Zugpferde, Reitpferde, Stutten, Köche, Holz, Stroh, Gyps, Fischer-

*) Dieses lächerliche Verzeichniss ist von Wort zu Wort getreu abgeschrieben. Ich habe es geflissentlich ohne Anmerkungen mitgetheilt.

nachen, Kalch, Iagdproviant, Haber, Wein, Brod, Rinder, Schweine, Schaafe, Essig, Schmalz, Mehl, Wildpret, Salz, Speck, Kerzen, Kohlen, Kräuterbücher, andere Bücher, Manuskripte, Urkunden, Musikanten, Marmor, Pech, Pehler, Wasser aus der benachbarten Heilbrunner Quelle, Ziegel, Fuhren, Erhaltung der Pfründner, Silbergeschirr zu Kriegszeiten, heil. Reliquien, Gebet, novissime Kühe nach Schleissheim. Zu geschweigen der Steuern, der grossen Anlehen, der Traktamenten u. s. w. Und obwohl einige aus diesen Sachen zuweilen bezahlt worden sind, so kann man doch anders nicht sagen, als dass unsere Privilegia und Libertät durch das Haus Baiern grösstentheils zu nichts gemacht worden.„

Schon zuvor heisst es von der churfürstlichen Hofkammer:

„An diesem agendi et iubendi modo war „gewiss für uns eben so wenig Trost zu fin„den, als wenig Höflichkeit diese baierische „Kammerräthe erlernet hatten.„— Ferner: „welches gewiss eine scilicet hochweise Re„solution von einem churfürstlichen Kammer„rathsdicasterio war.„

Von unerträglichen landsfürstlichen Mandaten, von churfürstlichen Handlungen gegen päpstliche und kaiserliche Privilegien und gegen eigene Versicherungen u. s. a. ist oft die Rede. Hie und da findet man auch Anekdoten zur Lebensgeschichte der baierischen Herzoge, z. B. bey Nro. 75. wird erzählt, dass H. Wilhelm IV. als Erbprinz

heimlich einige Geschenke vom Prälaten von Benediktbeuern gegen Versicherung künftiger Gnadenbezeugungen erhalten, dass aber der über solche Praktiken sehr befremdete Herzog Albrecht IV. im Iahre 1569. ein noch vorhandenes nachdrückliches Schreiben hierüber an den Abt erlassen habe u. s. w.

Bey dieser Nummer findet man auch unter dem Titel: Obligationes principum alle Papiere, die sich auf Foderungen beziehen, welche das Kloster „wenigstens in oculis Dei„ zu machen hätte.

Bey Nro. 77. befinden sich verschiedene Danksagungsschreiben von wichtigen Personen, „bey welchen unctiones nöthig gewesen waren, um die Klostergeschäfte in Gang zu bringen.“ Auch findet man dort Dankschriften von verschiedenen Klöstern, „wobey nur dieses zu betrachten ist, dass sich zwar Viele bedanken, aber Wenige etwas dagegen praestiren.“

Dieses mag hinreichen, Ihnen einen Begriff von einem klösterlichen Archiv und Archivsindex zu geben.

Von den Handschriften und Büchern, die Pez, Gerken und Zapf nicht angemerkt haben, sind folgende die wichtigsten:

1. Caroli Meichelbeck historia Frisingensis, cum additamentis MSS. Autogr. auctoris.

2. Anton Perneders baierische Annalen vom Iahre 1506 — 1529. MS.

3. Diarium des ersten Missionärs, welcher aus dem hiesigen Kloster in das Salzburgische

Pongau zur Bekehrung der Protestanten im Iahre 1736. abgesendet wurde (und bis zum Iahre 1803. fortwährte) MS.

4. (Schauderhafte) Geschichte eines im XVIIten Iahrhunderte zu Reichertshofen im Herzogthum Neuburg enthaupteten adelichen Knaben, dessen Güter der Iesuitenorden erbte; aus einer gleichzeitigen gedruckten, aber bald konfiscirten Erzählung genommen.

5. Eine Sammlung von poetischen und prosaischen Satyren, meistens gegen den päpstlichen Stuhl. MS. Saec. XIV.

6. Passionale SS. von verschiedenen Handschriften aus dem 8ten bis 11ten Iahrhundert. Hierinn ist besonders merkwürdig, dass es bey der historia S. Ursulae ausdrücklich heisst: S. Ursula et undecim M. Virgines, (Martyres V.) nicht 11 M. Virginum (11 millia Virginum.)

7. Eine Collectio Canonum Saec. X, ein wichtiges Dokument zum Beweis der Unterschiebung der Isidorischen Dekretalen.

8. Petri de Riga paraphrasis metrica in vetus et novum testamentum, noch ungedruckt. Vergl. Iöchers Gelehrten-Lexikon.

9. Das erste Buch Mosis in teutschen Reimen aus dem XIVten Iahrhundert (gehört zu den ersten teutschen Bibelübersetzungen.)

10. Chronicon Cassinense, noch im XIIten Iahrhundert mit Longobardischer Schrift geschrieben.

11. Leges Baioariorum, Synodus Dingolfingana, Nirchingana etc. Saec. XI. In dem hiesigen Manuskripten-Kataloge wird von dieser Handschrift folgende komische Innhaltsanzeige gegeben: Dagoberti regis leges sacrae constitutae, ubi inprimis docet, quod Soronius rex primus leges et iura statuerit, et locum quendam ex libro sexto Senecae. Welche fürchterliche Unwissenheit? War wohl von solchen Männern etwas für die Beförderung der Literatur zu erwarten? Durch diese Anzeige wurde gleichwohl Gerken verführt, die leges Dagoberti als ein von den L. Baioar. verschiedenes MS. anzuführen.

12. Formulae epistolarum, Saec. X. Gerken sah sie für die Formulas Andegavenses an. Sie sind aber von diesen verschieden. Mr. de Chiniae, der neue Herausgeber der capitular. regum Francorum, erhielt durch den gegenwärtigen Abt eine Abschrift, um sie mit den Varianten und Anmerkungen, die er noch hinzufügen wollte, drucken zu lassen. Bekanntlich ist die Herausgabe dieser Zusätze, und daher auch obiger Formeln, unterblieben, welche vieles Merkwürdige und noch Unbekannte zur Geschichte des Mittelalters enthalten.

13. H. Fr. Hörwart von Hohenburg, Kunst der Reiterey. Tegernsee, 1577. mit Holzschnitten in Fol. Dieses Buch ist so selten, dass es die Tegernseer Religiosen selbst, welche eine Sammlung aller in ihrem Kloster gedruckten Bücher anlegten, nicht zu bekommen wussten.

14. De religiosa S. Ignatii per patres Benedictinos institutione Constantini Abbatis Cajetani vindicis Benedictini libri duo. Venetiis, 1641. 8. Den Iesuiten missfiel diese Abhandlung so sehr, dass sie am römischen Hofe das Verbot derselben bewirkten, v. Ind. libr. prohib.

15. Thuani historia sui temporis, Parisiis, 1604. Fol. Die einzige unverstümmelte Ausgabe, die aber gleich konfiscirt wurde, und daher kaum in der hundertsten Bibliothek gefunden wird.

Ich könnte Ihnen noch verschiedene orientalische Handschriften, nebst chinesischen, russischen und andern exotischen Büchern anzeigen, die wir hier fanden, ich fürchte aber Ihre Aufmerksamkeit zu ermüden; auch habe ich gegenwärtig noch nicht die nöthige Musse, um Ihnen hierüber zuverlässige Nachrichten zu ertheilen.

Siebenter Brief.

Beuerberg, den 17ten April.

Was die hiesige Bibliothek an alten Druckstücken Bedeutendes hatte, ist Ihnen ohnehin durch die Beschreibung bekannt, die der verdienstvolle Prälat Hupfauer im Iahre 1792. herausgegeben hat. Seitdem ist eines der schätzbarsten Stücke, nämlich die epistolae Ciceronis 1471., an einen bekannten Inkunabeln-Liebhaber im Auslande, doch ohne Mitwirkung des Prälaten, veräussert worden.

Weder von Handschriften, noch von neuen Büchern war hier etwas Bedeutendes zu finden. Ohne Zweifel würde Herr Hupfauer vieles für diese von allen seinen Vorfahren vernachlässigte Bibliothek gethan haben, wenn nicht die Aufhebung des Klosters zu kurz nach dem Antritt seiner Stelle eingetreten wäre.

Da ich mich auf diese Art in der Bibliothek nicht viel unterhalten konnte, durchgieng ich die alte satyrische Handschrift, die ich aus Benediktbeuren mitgenommen hatte. Von den Satyren, die mir am besten gefielen, will ich Ihnen eine zur Entschädigung für andere Notizen mittheilen. Vergessen Sie dabey nicht, dass die Handschrift aus dem XIVten Iahrhunderte ist.

Evangelium secundum Marcas argenti. In illo tempore dixit papa Romanis: cum venerit filius hominis ad sedem majestatis nostrae, primum di-

cite: Amice, ad quid venisti? At ille si perseveraverit pulsans, nil dans vobis, eiicite eum in tenebras exteriores. Factum est autem, ut quidam pauper clericus veniret ad curiam domini papae, et exclamavit dicens: Miseremini mei saltem vos hostiarum papae, quia manus paupertatis tetigit me: ego vero egenus et pauper sum, ideo peto, ut subveniatis calamitati et miseriae meae. Illi autem audientes indignati sunt valde et dixerunt: Amice, paupertas tua tecum sit in perditione, vade retro satanas, quia non sapis ea, quae sapiunt nummi. Amen, Amen, dico tibi, non intrabis in gaudium domini tui, donec dederis novissimum quadrantem. Pauper vero abiit et vendidit pallium et tunicam et universa, quae habuit, et dedit cardinalibus et hostiariis et camerariis. At illi dixerunt: et hoc quid est inter tantos? et eiecerunt eum ante fores et egressus foras flevit amare, non habens consolationem. Postea venit ad curiam quidam clericus dives, incrassatus, inpinguatus, dilatatus, qui propter seditionem fecerat homicidium. Hic primum dedit hostiario, secundo camerario, tertio cardinalibus. At illi arbitrati sunt inter eos, quod essent plus accepturi. Audiens autem dominus papa, cardinales et ministros plurima dona accepisse, infirmatus est usque ad mortem. Dives vero misit sibi electuarium aureum et argenteum, et statim sanatus est. Tunc dominus papa ad se vocavit cardinales et ministros et dixit eis: Fratres, videte, ne quis seducat vos inanibus verbis, exemplum enim do vobis, ut quemadmodum ego capio, ita et vos capiatis.

Achter Brief.

Bernried, den 20sten April.

Den hiesigen Büchersaal oder vielmehr Bücherkerker fanden wir voll von Spinnengeweben und andern Zeichen einer langjährigen Verwaisung. An neuere Bücher war daher gar nicht zu denken. Auch Inkunabeln waren nicht viele anzutreffen. Von Handschriften war nichts Wichtiges hier, als ein dicker Band in türkischer Sprache, der nach Angabe eines von dem bekannten Weitenauer hieher geschriebenen Briefes folgenden Titel und Innhalt hat:

Pars tertia Tatarchanat, s. collectionis. Continet autem librum determinationis, l. de furto, l. de arcano s. mysterio, l. de necessitate, l. de poscentibus ius, l. Allaquit inventorum, l. de sententiis, l. de relictis, l. de perditis, l. de societate, l. de sacris templis s. muskeis, l. de venditione, l. expensarum.

Diese Handschrift ist sehr schätzbar, da wir bekanntlich nur wenige türkische von juridischem Innhalt besitzen.

Als Probe von den Ihnen lezthin angekündigten altteutschen Denkmählern schicke ich Ihnen hier eine Berichtsformel aus dem XIten Iahrhunderte mit der Uebersetzung und den Anmerkungen eines ungenannten Benediktbeurischen Religiosen.

Formu-

Formula Confessionis publicae theodisca ex Cod. MSC. membran. bibliothecae Benedictoburanae descripta et in hodiernum dialectum, quantum fieri potuit, redacta.

Mit disimo globen so gi ihc a) den almahtigen Gote. unde minere urouun sante Mariin, minemo herren. s. Mich. unde allen Gotes engelen. Minemo Herren. s. Ioh. unde allen gotes wissag̃. Minemo herren. s. Petre. unde allen gotes boton. Minemo herren. s. Geor̃. unde allen gotesnc. Minemo herren. s. Mart. Minemo h. s. B. unde allen gotis bihtern. Minere urouun s. Marg̃. unde allen gotis mageden. unde disin heiligon. unde allen gotes heiligon. aller dere sunton die ihc ie gefrumeto b) uone anegenge mines libis unz an dise wile. swiege taneme Zite c) ihc die sunte ie kefrumete danchs oder undanchs d) clafente oder wacchente. kenotet oder ungenotet e)

Mit diesem Glauben so bekenne ich dem allmächtigen Gott, und meiner Frauen heiligen Maria; Meinem Herrn dem heil. Michael und allen Gottes Engeln; Meinem Herrn dem h. Iohannes und allen Gottes Weissageren; Meinem Herrn dem h. Peter und allen Gottes Boten; Meinem Herrn dem h. Georg, und allen Gottes Martyrern; Meinem Herrn dem h. Martin; Meinem Herrn dem h. * Benedict und allen Gottesbeichtigern; Meiner Frauen der h. Margareth und allen Gottes Mägden; und diesen Heiligen und allen Gottes Heiligen aller der Sünden, die ich je gethan vom Anbeginne meines Lebens bis auf diese Stunde; wie auf was Weise ich von Iugend auf etwa die Sünde gethan, freywillig oder wider Willen, schlafend oder wachend: **

F

Jc gie den almehtigen gote. Daz ih gesuntet han. mit mirselbemo. unde mit ander mennisken. mit Zorne. mit nide. mit uientscefie. mit urbunne [f]. mit hazze. mit untriuueng. mit meinen eiden. mit luemo urhunde. mit bisprache [h]. mit hinterchose. [i] mit fluchen. mit ubermute. Daz riuet mih. Ih gie demo almahtigen Gote daz ih minen Vater. unde mine muter. unde min hertum. unde ander min ebenchristene nie so holt ne wart. noh so truibe. nie wart. noh so ne geminnet [k] so ih uon rehte solt. daz riuet mih. Jh gie demo almahtigen goto daz ih den heligen sununtahe. noh ander ban fiertage [l] nieht so getulde. [m] noh so heret ne han. so ih scolt unde mothte daz riuet mih. Jh gie demo almahtigen got daz ih die heligen diet uaste. unde ander ban uaste. nie so ne geuastote noh so ne behilt so

wissentlich oder unwissentlich. Ich bekenne dem allmächtigen Gott, dass ich gesündiget habe mit mir selbst, und mit andern Menschen mit Zorn, mit Neide, mit Feindschaften, mit Missgunst, mit Hasse, mit Argwohne, mit Schwören, mit falschem Zeugnisse, mit Lästern, mit Uebelnachreden, mit Fluchen, mit Hoffahrt. Das reuet mich. Ich bekenne dem allmächtigen Gott, dass ich meinem Vater und meiner Muter, und meiner Herrschaft, und andern meiner Nebenchristen nicht so hold war, noch so treu war, noch selbe so geliebet; wie ich von rechten hätte sollen, Das reuet mich. Ich bekenne dem allmächtigen Gott, dass ich den heiligen Sonntag und andere gebotene Feyertage nicht so gefeyert, noch so geehret habe, wie ich hätte sollen und mögen. Das reuet mich. Ich bekenne dem allmächtigen Gott, dass ich die heilige *** Dietfasten und andere

ih solte unde mothe daz riuet mih. Jh gie demo almahtigen goto daz ih mines gebetes nie so gepflegete. so ih solte. unde daz ih min Almusen nie so gegab so ih solte. unde daz ih witenuen unde waisen. nie so getroste. so ih solte. die in charchare warin. unde mit siehctum beuangen waren. daz ih die nie so gewisoto n) so ih solte unde daz ih die ellenden nie geherbgote. noh den nahchenten. nie gewate. so ih uone rehte solte. Daz riuet mih. Jh gie demo almahtigote. daz ih den zehenten mines libes unde anders mines gutes nie so gegab so ih solt daz riuet mih. Jh gie demo almahtigote daz ih gesuntet han mit hure. mit hures willen. mit uberhure. mit unzytlichene hure. o) mit sippeme hure. p) Daz riuet mih. Jh gie dalmahtigen Gote daz ih gesuntet han mit rube unde mit

Bannfasten nicht so gefastet, noch so gehalten, wie ich hätte sollen und mögen. Das reuet mich. Ich bekenne dem allmächtigen Gott, dass ich meines Gebetes nicht so gepflogen, wie ich sollte, und dass ich mein Almosen nicht so gegeben, wie ich sollte; und dass ich Wittwen und Waisen nicht so getröstet, wie ich sollte; die im Kerker waren, und mit Siegthum behaftet, dass ich sie nicht so besuchet, wie ich sollte: und dass ich die Elenden nicht beherberget, noch den Nackenden bekleidet, wie ich von rechten hätte sollen. Das reuet mich. Ich bekenne dem allmächtigen Gott, dass ich den Zehend meines Leibs und anders meines Gutes nicht so gegeben, wie ich hätte sollen. Das reuet mich. Ich bekenne dem allmächtigen Gott, dass ich gesündiget habe mit Huren, mit Hurens Willen ****, mit Ueberhuren, mit unzeitigem Huren, mit Blutschande. Das reuet

diuen. daz riuet mih. Jh gie demo almahtigen gote. daz ih mine bihte ne so en eige getet so ih solte. suenne ihs uc tet. so tet unrnelih. unde lugeliche. soe tet ih se so durhnahtlichen q) nieht. so ih solte. unde daz ih den heiligen gotes lichenamen nie so dicche r) genam. so ih solte. suenne ihnen usc namson. biehielt ih in so nieht. mit der reinihcheite unde mit te chuske s) mines gemutes unde mines libes so ih solte. daz riuet mih. der sculde unde aller der sculde der ie getet sider anegenge mines libes. unze an dise wile. der ih gedencke. iuc der niene gedenke. irgibi mih in dine gewalt truthin herre. mih hegebuzene t) nahe dinen genaden. nieht nahe minen sculden.

(ut auctores sunt Hildevinus in epistola ad Ludovicum primum imperatorem, et Berno, Angiensis abbas) ante Gregorii aetatem Galliae et Hispaniae diversis ab ecclesia Romana a maioribus suis ritibus et caeremoniis acceptis in divinis officiis et missarum celebratione utebantur, cui rei fidem faciunt vetustissimi et prae nimia antiquitate penè corrupti libri missales ordinem missae more Gallico, longe a Romanae ecclesiae consuetudine diversum, continentes, qui ab initio receptae fidei usus in Gallia habitus est, usque ad Caroli Magni tempora, quibus sacrificii formam, qua hodie utuntur Gallia et Germania, suscepit. Omnis igitur Gallia, Germania, Italia, praeter Mediolanum, (cui ecclesiae ob auctoris reverentiam D. Ambrosii ritus permissus est) facile Romanas caeremonias auctoritate Romanae sedis et episcopi sui adductae, susceperunt. Quamquam, ut supradictus Hildevinus affirmat, quum Innocentius, Gelasius et Gregorius Romani pontificis episcopos Galliarum ad Romanas consuetudines suscipiendas diu solicitassent, iam tum pluribus annis antea priscus ille missarum mos a Gallica consuetudine non nihil recessisset. Hispani porro, qui in semel suscepto instituto tuendo pertinacissimi sunt, multis annis avitas consuetudines constantissime retinuerunt. Donec postremo Alphonso VI, qui Toletum de Saracenis recuperavit, regnante, Gregorii VII. papae suasu, impulsu vero Constantiae, Hispaniarum reginae, Gallorum regis filiae, post maximas contentiones et clamores vi coacti, non sine lacrymis patriis ritibus relictis, Gallicas sive Romanas caeremonias suscepere, qui tamen priscus mos non ita funditus tolli potuit, quin hodie Toleti in quibusdam ecclesiis et aediculis certis diebus non observetur, ut latius in Roderici Toletani historia

explicatur. Quum igitur Romanum hunc ordinem Italia, Gallia, Germania et Hispania suscepissent, facile quoque ceteris occidentis provinciis, ut Angliae, Saxoniae, Poloniae, Bohemiae et reliquis praeclarissimorum regnorum morem sequutis, communicatus est, cuius magna adhuc ex parte vestigia supersunt. Tribus autem his libellis publica tantum sive solennis missarum caeremonia continetur, quam Romanus pontifex praecipuis festis diebus stationem celebri et frequenti cleri populique multitudine conveniente obire per singulas ecclesias, ubi statio erat, solebat, a quo officia episcoporum quoque per provincias in diversis mysteriis peragendis ritusque et observantiae haud multum discrepant. Quae cum Romani ordinis libello ubique adiuncta sunt: Quod solenne missae sacrificium initio non nisi per episcopos in civitatibus, a presbyteris vero non nisi ex episcoporum venia agebatur. Ceterum quum dico posteriores libri eiusdem ferme temporis sint et non nihil inter se varient, quo in omnibus pio lectori satisfacerem, utrosque in unum coniunxi. Qua in re illud animadversione dignum est, primum ex tribus, eo etiam argumento antiquissimum probari posse, quod nulla in eo de episcopis VII. hebdomadariis Lateranensis Basilicae mentio est ante septingentos annos institutis, sed loco eorum presbyteri recensentur. Duo vero sequentes ordinis Romani libelli ipsos iam profitentur, quos quum ante DCC. annos lectos fuisse dixerim, dubium non est ante tot tempus eos libellos etiam conditos esse. Meum ex duobus libellis concinnatum Romanum ordinem sequitur. Hunc librum amisi, quod integer ordo alius sive liber ritualis antiquus, et paulo plura quam precedentes complectens per eadem tempora editus, quo praeter missae caeremonias, totius

quoque anni festivitatum et solennitatum ritus exponuntur, ut quadragesimae paschatis, pentecostes, litaniarum et similium.

His libris propter argumenti similitudinem adiunxi aliud brevo volumen de ordine processionis episcopi diebus festis ad ecclesiam quando missarum solennia celebrare solebant, ita ut ab antiquis patribus occidentalium ecclesiarum institutum fuit, quod simile admodum est Romano ordini. Post id scripsi alium incerti auctoris codicem de officio missae, alias micrologus sive ordo missae secundum Romanos inscriptum. Qui quamquam in plerisque exemplaribus ordinis etiam Romani nomen habebat, non tamen eiusdem generis est cum superioribus. Illi enim publica sedis apostolicae auctoritate exarati videntur, nec aliud, quam simplicem rituum et caeremoniarum narrationem, in officio missae comprehendunt. Hic vero privato nomine et a privata quadam persona ecclesiasticarum tamen institutionum gnaviter perita, circa Gregorii VII, papae (cuius mentionem facit), ante quingentos annos descriptus est et narrationem quandam historicam magis quam mysticam continet, et neque tantum pontificis Romani sed presbyteri quoque munus exponit, potissimum autem secundum Gallicanum ordinem, qui, quamvis a Romano effluxerit, processu tamen temporis non nihil ab eo variavit.

— — —

Hic libellus praecedet tractatum, quem ego de stationibus Romanis (cuius frequens in his libris mentio est) edidi. Item aliarum vocum inusitatarum et obscurarum, quae passim in iisdem libris reperiuntur, interpretationem, ut cardinalis, tituli, dia-

coniae confessionis, sacellarii, pallii, ambonis, amulae et similium. Postea adieci librum ritualem, sive ordinem Romanum ante quadringentos annos in ecclesia Romana usurpatum, cum additionibus et annotamentis meis, quem Concius diaconus cardinalis, S. Luciae in Orthea S. R. E. Camerarius, qui postea summus pontifex post Innocentium III. creatus Honorius III. vocatus est, edidit vel reformavit, de quo suo loco dicam. Novissime brevem antiquorum verborum, vestimentorum et rituum, quos in missa hodie Romana ecclesia usurpat, interpretationem et originem suggessi ex antiquis et probatissimis auctoribus decerpta. Quos omnes libros amplissimis quibuscunque thesauris pretiosiores uno volumine comprehensos tuo ipsius usui et oblectamento collegi, et multis additionibus ornatos ad te misi, quem omnium bonarum artium, historiarum item, et praesertim sacrae studiosissimum esse cognovi, quorum lectione te admodum delectaturum, et multum utilitatis et ecclesiasticae eruditionis percepturum haud dubito. Eos igitur libenti animo suscipias rogo et cum ceteris id genus libris, quos in nobilissima abs te constructa bibliotheca condidisti, collocabis in mei, qui multum te amo, perpetuae observantiae monumentum et testificationem. Vale. Romae, Kal. Iannuarii ineunte anno MDLXV.

Tenor capitulorum ante electionem Innocentii VIII. summi pontificis a cardinalibus in conclavi inter se statutorum.

Cum reverendissimi in Christo patres et domini, sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinales membra sint summorum pontificum eisque assistant continuo, et onerum omnium, et consiliorum participes sint: aequum censendum est, et officio patris in filios consentaneum, ut ampliori quam caeteri gaudeant praerogativa, et quo plures sustentandae dignitatis causa habeant ministros, eo illis maior ad bene merendum praebeatur facultas. Hinc est quod nos omnes et singuli sanctae Romanae ecclesiae cardinales infra scripti pro bono et felici regimine ac quiete nostra iuramus et vovemus deo omnipotenti, et sanctis apostolis Petro et Paulo, ac omnibus sanctis ecclesiaeque sanctae, promittimusque, si aliquis ex nobis electus fuerit in papam, ille statim ante publicationem electionis de se celebratae iurabit et vovebit pure, simpliciter et bona fide, servare, facere et cum effectu adimplere omnia et singula capitula infra scripta, nec non tres schedulas, infra scripta capitula continentes, manu propria signabit sub forma verborum subsequentium: Ego talis electus in summum pontificem praemissa omnia promitto, voveo et iuro observare et adimplere in omnibus et per omnia pure et simpliciter et bona fide, realiter et cum effectu ad literam, sine aliqua excusatione et tergiversatione et interpretatione verborum, sub poena periurii et anathe-

matis, a qua nec me ipsum absolvam, nec absolutionem alicui committam. Ita me deus adiuvet, et haec sancta dei evangelia, ac volo, quod dictae schedulae et earum quaelibet vim decretalis et constitutionis perpetuae inviolabiliter observandae cum decreto irritanti habeant, et si quidquam per me secus factum fuerit, et in aliquo contravenire, vel dispensare tentavero, id nullius sit roboris vel momenti, et nihilominus ipsa capitula, et quodlibet ipsorum in suo robore et firmitate permaneant, quodque schedulas praedictas tenere et conservare apud se debeant tres cardinales cuiuslibet ordinis priores ad petitiones eorum sacri collegii, nulli umquam eas assignaturi sine omnium cardinalium expresso consensu, nec non infra tres dies post coronationem meam dabo tres bullas eiusdem tenoris servandas per priores cuiuslibet ordinis, ut supra. Tenor vero capitulorum praedictorum sequitur, et est talis:

Ego N. electus in papam voveo, promitto et iuro omnipotenti deo et sanctis apostolis eius, Petro et Paulo, et omnibus aliis sanctis ac ecclesiae sanctae dei praefati, facere, attendere et observare, et efficaciter adimplere omnia et singula infra scripta.

Imprimis de proventibus camerae apostolicae dare et solvere, seu dari et solvi facere centum florenos auri de camera omni mense cuilibet cardinali non habenti integre de proventibus ecclesiasticis, et capella quatuor millia florenorum annuatim, quousque eis provisum sit de dicta summa in reditibus, et cardinales omnes habentes quaecumque beneficia ecclesiastica etiam incomparabilia*) in titu-

*) Pro incomparabilia legendum videtur incompatibilia.

lum vel in commendam manutenebo et defendam in possessione eorumdem.

Item ut mihi ab iisdem cardinalibus libera proveniant consilia, non apponam, nec per quemquam apponi permittam manum in persona vel bonis alicuius ex eius, nec aliquid in eorum statu et provisione mutabo quacumque ratione, causa vel occasione, sine expresso consilio et consensu duarum partium dominorum cardinalium, nec aliquo modo procedam aut procedi mandabo, vel permittam contra aliquem ex eis, nisi assistentibus et consentientibus tribus cardinalibus, uno scilicet ex quolibet ordine eorum, per ipsos cardinales, seu maiorem partem eorum ad id deputandis, nec damnabo aliquem ex eis, nisi convictum numero testium expresse, et constitutione Sylvestri papae facta in synodo generali, quae incipit: Praesul non damnet, servaboque eos liberos et exemtos ab omni dacio et gabella, prout istud fel. rec. dominorum Nicolai V. et Calixti III. rom. pont. praedecessorum nostrorum *) factum fuit, nec ecclesiis, monasteriis et aliis beneficiis ecclesiasticis, per eos pro tempore obtentis ullum decimae, subsidii aut alterius oneris, quocumque nomine nuncupati, gravamen quacumque ratione vel causa imponam, et ab eisdem cardinalibus pro ecclesiis et monasteriis, quibus eos praefeci, et beneficiis quibuslibet ecclesiasticis, de quibus eis me ipsum providere in titulum vel commendam continget sub annatarum vel mediorum fructuum, minutorum servitiorum, seu alio quocumque nomine vel penitus exigam, aut ab eis etiam sponte offerentibus,

---

*) omissum videtur tempore.

et solventibus recipi, seu exigi faciam, vel permittam quoquo modo directe vel indirecte, privilegiaque eorum omnia et singula illaesa, qualiacumque sint, conservabo, et si aliquae obligationes in camera apostolica ratione praedictarum annatarum reperiantur, eas in totum aboleri faciam et cassari.

Item quum cardinales S. Rom. ecclesiae assidue assistant summo pontifici, et proinde debeant specialibus praerogativis et privilegiis gaudere, ex nunc concedo ipsis cardinalibus plenariam et liberam dispositionem omnium et singulorum monasteriorum, prioratuum, praepositurarum, praepositatuum, dignitatum personatuum, administratuum et officiorum, canonicatuum et praebendarum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura, ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem, confirmationem, institutionem, seu quamvis aliam similem vel dissimilem dispositionem eorumdem ratione ecclesiarum vel titulorum cardinalatus eorum, et etiam ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, quibus praesunt, et quae obtinent, eosque praeesse, et pro tempore obtinere continget in titulum vel in commendam, seu alias quocumque iure vel titulo quomodolibet spectantium, quodque exspectativae gratiae, speciales reservationes, mandata de uniendo, et quaevis aliae dispositiones ac regulae cancellariae, dignitatum maiorum, et principalium, aliorumque beneficiorum et familiarium cardinalium aut Rom. pontificum, sui eorumdem aut dictae sedis officialium, seu alias quovis modo reservationes generales sive speciales continentes sive inducentes constitutiones, etiam praetendentium, innovantes, aut alias quomodolibet

affectu facientes ad dicta monasteria, prioratus, praeposituras, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes et officia, canonicatus et praebendas, aliaque beneficia nullatenus extendantur, sed de ipsis pro ipso quolibet extra Romanam curiam etiam commendis illorum, quae commendatae forent, vacantibus cardinales ipsis libere disponant, perinde ac si gratiae exspectativae speciales, et aliae reservationes, affectiones, uniones, constitutiones, et mandata huiusmodi non apparerent; quum vero illa in dicta curia vacare continget, nisi de expresso consensu ipsius cardinalis ordinarii, seu commendatarii in expeditione literarum desuper adhibendo, sine quo provisiones ipsae nullius sint penitus roboris et momenti. Ecclesias quoque, et monasteria, praeposituras, prioratus, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes, vel officia, canonicatus, et praebendas reliquave beneficia ecclesiastica secularia et ordinum quorumcumque regularia cum cura et sine cura qualiacumque per obitum, promotionem, seu quamvis aliam dimissionem vel dispositionem, familiarium continuorum, commensalium cardinalium eorumdem pro tempore etiam apud sedem praefatam vacantia, etiamsi familiares ipsi decedentes illa in titulum vel ut unita aliis beneficiis ecclesiasticis per eos obtentis ad eorum vitam obtinuissent, et illa obtinentes apostolicae sedis notarii, capellani, cubicularii, nuncii literarum apostolicarum, abbreviatores, scriptores, seu alii eiusdem sedis officiales, aut quavis alia qualitate aliquam aliam reservationem generalem vel specialem seu affectionem inducente qualificati, et mei, aut praedecessorum meorum Rom. pontificum familiares continui, seu commensales antea fuissent, et imposterum erunt, de consensu cardi-

nalis eorum in literarum desuper expeditione adhibendo, et non aliter conferam, aut disponam de eisdem, ita, ut si secus egero, id totum nullius sit roboris vel momenti, et si beneficium aliquod vacare quomodocumque contigerit, cuius collatio iure ordinario ad aliquem ex dominis cardinalibus spectaverit et pertinuerit, volo, quod illius collatio et provisio per ipsum dominum cardinalem collatorem fiat, etiamsi illud obtinens alterius cardinalis familiaris continuus seu commensalis fuerit, de quibus fiet specialis regula in plena forma, et ponetur in libro cancellariae, et publicabitur in eadem, dum et quoties eisdem cardinalibus videbitur, et placebit, et ultra ductam regulam expediantur bullae singulae pro quolibet cardinalium. *)

Item quod omnes et singuli cardinales in electione mea praesentes, quos pro tempore quacumque de causa a Rom. curia se absentare contigerit, ad ecclesias suas vel quaecumque loca etiam remota et extra Italiam cum licentia mea, vel scripta, vel verbis, gaudeant omnibus et singulis privilegiis consuetis, ac si praesentes existerent in omnibus et per omnia plenissime absque aliqua alia interpretatione vel tergiversatione.

Item omnes et singulas absolvendi, dispensandi et alia faciendi facultates, privilegia, concessiones et indulta, quae a fel. rec. Sixto papa IV. et quocumque alio praedecessore meo in favorem cardinalium eorumdem in genere vel in specie quomodolibet hactenus emanarunt, adprobabo et confirmabo, manutenebo et observabo, quemadmodum adprobo et confirmo, manuteneo et observo,

*) Hic MS. ita mendosum est, ut sensus vix erui possit.

et si id voluerint, de novo concedam in amplissima forma, ita ut plenum debeant et possint sortiri effectum.

Item quum in praefata curia pro confluentium ad illam celeriori expeditione dudum fuerint provide instituta cancellariae apostolicae et poenitentiariae ac camerariatus officia, sintque cardinalibus illa pro tempore obtinentibus, de antiquo stylo et inveterata consuetudine praefatae curiae, seu expressa concessione praedecessorum meorum certae concessae facultates vel auctoritates, et quaedam propterea adtributa emolumenta, et ex ipsorum officiorum alteratione et perturbatione possent curiae praefatae varia incommoda provenire, statuam et ordinabo ac pro nunc statuo et ordino ac volo, quod venerabiles fratres mei Rodericus, episcopus Portuensis, S. Rom. ecclesiae vicecancellarius, Iulianus, episcopus Ostiensis, qui poenitentiariae praefatae curam gerit, et dilectus filius Raphael, S. Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, camerarius noster, et qui pro tempore erunt maior poenitentiarius, vicecancellarius et camerarius dicta eorum officia iuxta antiquas et solitas concedi eis facultates, concessasque eis, et cuilibet eorum a fel. rec. Calixto III, et Pio II, et Paulo etiam II, nec non Sixto IV. Romanis pontificibus praedecessoribus meis in literarum apostolicarum et poenitentiariae scriptores, adbreviatores, sollicitatores, procuratores, aliosque officiales cancellariae, poenitentiariae et camerae eorumdem, eorumque officia superioritatem, potestatem, dispositionem et quamcumque facultatem, auctoritatem, ac literas absque aliqua constitutione, modificatione, limitatione, alioque impedimento quocumque libere per seipsos

vel locumtenenentes per ipsos deputandos exercere et solitis emolumentis potiri debeant, et quod eos, aut aliquem eorum in eorumdem emolumentorum libera perceptione, ac officiorum suorum collatione, et extinctione privilegiorum et facultatum, eis ut praefertur, concessorum, et competentium ad unguem iuxta literarum eis desuper ut praefertur concessarum continentiam atque formam usu per me aut quocumque alios auctoritate mea nullatenus perturbabo, aut alias quomodolibet impediam, aut perturbari vel impediri permittam, imo literas ipsas eis concessas, et in illis contenta, si voluerint, adprobabo et confirmabo, et pro potiori cautela illa omnia eis de novo concedam, et etiam concedam de expresso ipsi poenitentiario maiori in casibus consuetis tempore s. mem. summorum pontificum Nicolai V. et Calixti III. ac Pii, Pauli, et Sixti praedecessorum nostrorum praedictorum.

Praeterea quum periculosum sit, quod ii, qui summo pontifici in executione pastoralis officii frequenter assistunt aliquo casu excommunicationis, interdicti vel suspensionis sententiam incurrant, statuo, decerno et declaro, quod cardinales praefati, et si contingat eos aliquibus constitutionibus, ordinationibus, sententiis, praeceptis, aut mandatis, quae a praedecessoribus meis hactenus emanassent, aut a me in futurum, emanarent, in genere vel in specie, in quibus etiam de ipsorum cardinalium personis expressa mentio fieret directe vel indirecte, tacite vel expresse, palam aut occulte decreto quomodolibet contravenire, censuras et poenas ecclesiasticas aut alias in talia facientes in eisdem constitutionibus et ordinationibus, sententiis, praeceptis, et mandatis forsan fulminatis etiam per

literas,

literas, qua eleguntur in coena domini, minime incurrant, nisi solum et dumtaxat, in quibus pro huiusmodi contraventione ex aliqua constitutione in corpore iuris clausa constaret, quod talis poena specialiter in eosdem cardinales sit inflicta, et non alias, nec alio modo, et non fulminabo aliquos censuras adversus aliquem, vel aliquos cardinales, nisi de consensu duarum partium eorumdem, et tunc tantum in casibus expressis in iure.

Item quum iuri et aequitati conveniat, quod illis, qui Rom. ecclesiae in suis necessitatibus promta voluntate subvenerunt, de eiusdem ecclesiae facultatibus debita satisfactio impendatur, voveo, iuro et promitto, quod solvi faciam realiter et cum effectu cuilibet ex cardinalibus tam praesentibus, quam etiam defunctis omne id, et totum, in quo constat et constare poterit in futurum, eos esse creditores fel. rec. Sixti papae IV. praedecessoris mei seu apostolicae camerae et sedis quacumque ratione et causa, et illos ex eis, quibus pro eorum creditis ab eodem praedecessore meo loco pignoris tradita hactenus forent, et concessa castra, civitates et loca totalia alia Rom. ecclesiae, aut pro recuperatione eis debitae quantitatis aliqui reditus assignati in huiusmodi pignorum et assignamentorum possessione manutenebo et conservabo, concessaque eis desuper literas et scripturas adprobabo, et confirmabo meis literis cum supplemento quorumcumque defectuum ad uberiorem illorum conservationem.

Item quum sedis apostolicae plurimum interest, quod literae apostolicae, quae ad diversas mundi partes deferuntur, adcurate et diligenter iuxta stylum Rom. curiae expediantur, et propterea in apo-

stolica cancellaria sint dudum plurima officia instituta, et ut facti experientia demonstrat, literae, quae aliunde, quam per cancellariam expediuntur, pro tempore persaepe in stylo et aliis necessariis sint defectivae, interest quoque eiusdem sedis, quod illarum sic expeditarum registra fideliter annotentur et conserventur insimul in uno eodemque loco. Immo pari modo volo, iuro et promitto, non expediri, aut expediri permittere aliquas literas apostolicas aliunde, quam per cancellariam praefatam et illius officiales literis officiorum civitatum et locorum temporalis domini Rom. ecclesiae, et illorum temporalitatem concernentium dumtaxat exceptis, faciamque et mandabo, illas omnes in registro generali literarum apostolicarum dumtaxat, et non alibi registrari, nisi essent literae officiorum et temporalitatis, quas in camera apostolica, aut aliquod negotium necessario secreto tenendum continerent, quas in uno libro secreto apud secretarium registrari permittam.

Item quum a nonnullis asseratur, quosdam S. Rom. ecclesiae cardinales, timentes, ne Romanus pontifex eos sub colore alicuius legationis compellat a Romana curia secedere, nonnumquam abstinuisse et abstinere a libere consultando in consistorio ea, quae eis videntur, intersitque Rom. ecclesiae et apostolicae sedis, quod ipsorum cardinalium animus sit in consulendo liber, et cesset in consiliorum eorumdem exhibitione omnis formido, omnisque timor, pari modo iuro, voveo et promitto, non mittere aliquem cardinalium invitum in aliquam legationem, nisi necessitas mittendi vera, et non ficta, sed duntaxat volentes, et expresse consentientes, nec eos indirecte ad volendum et con-

sentiendum per aliqua mala media quoquo modo inducere.

Et insuper puritati eorumdem cardinalium consulere volentes, prout optare*) videatur, eos, et quemlibet eorum a quibuscumque criminibus, excessibus et delictis quantumcumque enormibus et gravibus, per eos hactenus quomodolibet commissis et perpetratis, qualiacumque sint, etiamsi talia forent, quae in generali expressione huiusmodi non comprehenderentur, et requirerent nudam et specificam confessionem, nec venirent ad obtinendum earum absolutionem, et ex quavis ordinatione individuam expressionem exigerent, essetque eorum absolutio specialiter Rom. pontifici reservata ex quavis causa recessario exprimenda, nec non a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis et inflictis seu promulgatis, etiam talibus, quarum absolutio reservata simpliciter foret, ut praefertur, apostolica auctoritate plenarie in utroque foro absolvo et totaliter libero, ac super quacumque irregularitate per eos, aut aliquem eorum quomodolibet contracta simpliciter in utroque foro quoad omnes ordines, et illorum etiam in altaris ministerio ad pontificalis officii executionem, nec non praesidendum ecclesiis, monasteriis et aliis locis ecclesiasticis, illaque, et quaevis beneficia ecclesiastica, quoscumque actus exercendum plenissime dispenso, aboleoque et deleo omnem inhabilitatis et infamiae maculam, ex praemissis provenientem, qua quomodolibet respersi forent. Remitto quoque eis et eorum cuilibet omnes et sin-

*) Optare soloecum pro optandum.

gulos fructus, per eos forsan in ecclesiis, monasteriis et beneficiis ecclesiasticis qualitercumque usque in hodie male perceptos, eosque et quemlibet eorum ad pristinum innocentiae statum, in quo erant tempore susceptionis sacri baptismatis, plenarie restituo, repono et reintegro, et si qui eorum forent, qui specialius absolvi et secum dispensari, aliaque praemissa fieri forsan quovis respectu de siderarent, cuilibet eorum concedo, ut confessor idoneus, quem duxerit eligendum, presbyter saecularis, vel religiosus cuiusuis ordinis, etiam mendicantium erga personam eligentis in innovanda absolutione, dispensatione, abolitione et restitutione praedictis etiam criminibus et censuris specificatis eadem prorsus plenissima et absoluta potestate et auctoritate fungatur, qua fungor ego, ut Christi vicarius Petrique successor, nihil penitus in hoc reservando.

Item quum Rom. pontifices post editas in crastinum assumtionis eorum regulas et constitutiones, in quarum editione adhiberi consueverunt opportunae diligentiae, et intervenire nonnulli ex eisdem cardinalibus, et aliis Rom. curiae officialibus, per se consueverunt edere alias regulas et constitutiones, in quarum editione persaepe tanta accurata diligentia non adhibetur, voveo, iuro et promitto, in his, quae per me edi continget regulis et continget regulis et constitutionibus post primam editionem solitam, nunquam cardinales includere, nisi eorumdem cardinalium favorem concerneret, vel illae de consilio eorumdem cardinalium seu maioris partis eorum ederentur, de quo constet per subscriptionem trium priorum ordinum eorumdem in constitutione et regula sic edita. Inhibeo quoque vicecancellario et eius locumtenenti, ne aliquam

regulam et constitutionem, in qua cardinales expresse nominarentur, favorem eorum non concernentem, in eadem cancellaria permittat publicari, aut in libro regularum eius annotari et describi, dum et quoties de consensu ipsorum cardinalium facta non fuerit, et per tres priores ordinum eorumdem non subscripta.

Item quum ex concessione specialium reservationum, quas Rom. pontifices, praedecessores mei, et praesertim fel. recordationis Sixtus papa IV, concesserunt, varia incommoda et scandala persaepe sint exorta, credaturque communi opinione omnium curialium, expedire sedi apostolicae, et Rom. curiae, ab illarum concessione, quas communis opinio damnat, abstinere, voveo, etiam ac iuro et promitto, nulli speciales reservationes, quae per cancellariam apostolicam iuxta illius stylum expediri solitae non sint, concedere, et ab earum concessione penitus et omnino abstinere, et non permittere, quod aliquis hactenus concessis, et quas concedi contingeret, utatur, et ex eis effectum reportet quoquo modo.

Item quum provide consideratum sit, quod castella et terrae S. Rom. ecclesiae, quae in locis propinquis huic almae urbi sunt, in plena et stabili obedientia sedis apostolicae et cum maiori subditorum satisfactione et consolatione gubernabuntur, si singulae singulis cardinalibus tenendae ac possidendae cum ipsarum arcibus et integra iurisdictione et omnibus reditibus assignabuntur et traderentur quasi coniunctum *) sub gubernatoribus eiusdem sedis, ut hactenus factum est, retinerentur,

*) Videtur deesse coniunctio nec.

unde magistra experientia retroactis temporibus adveniente sedis vacatione et nunc notissimum atque apertum est, defectiones et rebelliones ipsarum terrarum provenisse cum maximo Rom. ecclesiae dedecore et detrimento: idcirco huiusmodi consideratione moti, attendentes etiam, quod alias talia per superiores pontifices, praedecessores meos excogitata fuerint, licet executioni minus demandata, iuro et promitto, quod unicuique dominorum cardinalium, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, unam terram seu castellum in locis propinquis ut supra cum illius arce, si eam habuerit, plena iurisdictione ac singulis reditibus et proventibus illius tradam et assignabo, ad vitam duntaxat illius cardinalis regendam, tenendam et possidendam, ut etiam ipsi dom. cardinales locum aliquem specialem habeant, in quem libere vel ad declinandam pestem, vel recreationis suae causa possint se recipere, ita tamen, quod iidem cardinales in manibus meis iurabunt, quod officiales et castellanos suos, quos in huiusmodi terris et arcibus deputabunt, obligabunt sub speciali et expresso iuramento, quod superveniente obitu cardinalis, aliquam terram vel castellum sic possidentis, illam, vel illud cum arce, si habuerit, in manibus meis, vel successorum meorum libere et expedite statim sine ulla exceptione tradent et consignabunt.

Item quum multi ex dom. cardinalibus hic praesentibus nonnullas ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus, praeposituras, praepositatus, dignitates, administrationes, officia et alia beneficia ecclesiastica saecularia, et quorumvis ordinum regularia quae obtinebant et possidebant, resignaverint seu eorumdem commendis cesserint, et imposterum quae obtinent et possident, aut obtinebunt et

possidebunt resignare seu cedere in aliorum favorem intendant, promitto, iuro et voveo, concedere, prout de praesenti concedo ipsis dominis cardinalibus, qui huiusmodi ecclesias, monasteria et alia ecclesiastica beneficia etiam resignaverint aut resignabunt, sive eorum commendis cesserint aut cedent imposterum, quatenus cedentibus aut decedentibus iis per huiusmodi resignationem sive cessionem ecclesias, monasteria ipsa et alia beneficia ecclesiastica obtinuerint, liberum ac plenissimum ad eiusmodi ecclesias monasteria, et ecclesiastica beneficia etc. habeant regressum, eorumdemque possessionem ipso iure repetere, et de novo capere libere ac plenissime, possint et valeant, etiamsi non habeant bullas regressus a pontifice Sixto.

Item promitto, voveo et iuro, quod omnem favorem, auxilium et auctoritatem meam interponam, quod tam cardinales S. Rom. ecclesiae, quam alii, qui bona ecclesiastica canonice assecuti fuerint, et ad possessiones eorum non admittuntur, vel hactenus admissi non sint, seu eorum fructus quomodolibet in beneficiis pacifice hactenus possessis impediuntur, libere et integre *) et bona fide etiam percepti restituantur, **) adhibeboque circa hoc, ut ius et aequitas postulant, omnem diligentiam, nihilque praetermittam.

Item promitto, voveo et iuro, quod canonicatus et praebendas basilicae S. Petri, Lateranensis ac S. Mariae maioris de urbe ecclesiarum, et alia omnia et singula beneficia in dictis basilicis et ecclesiis ac aliis quibuscumque vacantia seu de-

*) Deesse videtur percipere.

**) Emendandum videtur: iis fructus etiam bona fide percepti restituantur.

inceps vacatura, non conferam neque commendabo, neque de ipsis aliquo modo providebo aliis, quam civibus Romanis; et si monasteria, prioratus et quaevis alia beneficia quorumcumque ordinum regularia forent, et idem facturos se obtulerunt et obligarunt domini cardinales de beneficiis ad ipsorum collationes spectantibus ratione titulorum aut commendarum suarum, quas in urbe obtinent seu pro tempore obtinebunt, et similiter de officiis huius almae urbis consuetis dare civibus Romanis non providebo, nisi ipsis civibus, etiam de protonotariatu capitolii, non obstante eius unione facta hospitali S. spiritus in Saxia per fel. recordationis dominum Sixtum IV, praedecessorem meum.

Item quum persaepe contingat, cardinales ad palatium apostolicum se conferre variis ex causis, et pontificem pro tempore existentem occupatum illico eos audire non posse, detrahaturque non modicum dignitati eorum, si cardinales ipsos expectantes audientiam permixtim cum aliis non cardinalibus in aliquo loco stare contingat, prout nonnunquam factum fuit retroactis temporibus, ut huiusmodi abusus submoveatur, ut decet et dignitati non detrahatur, pari modo voveo, iuro et promitto, locum debitum et honestum eisdem cardinalibus pro huiusmodi exspectatione in palatio apostolico et loco residentiae, in quo me esse contigerit, assignare, et sub gravissimis censuris et poenis cubiculariis et aliis, ad quos pertinebit, inhibere, ne ullo praetextu in illum aliquem introducant etiam oratorem imperatoris, regum et aliorum potentatuum etiam cum ipsorum cardinalium inhiberi*) pro tempore expectantium expresso consensu, sed

*) Fortasse leg. ibidem.

locum ipsum liberum dimittant receptione et expectationi et colloquutionibus cardinalium praedictorum.

Item promitto, voveo et iuro, ut supra, quod in specialibus et temporalibus, quae graviora sunt, et magni momenti statum ecclesiae quoquo modo concernentibus nullam iurisdictionem aut administrationem promittam aut dabo, quovis quaesito colore, cuiquam hominum laico vel saeculari, cuiuscumque conditionis vel dignitatis existat.

Item promitto, voveo et iuro, quod si contigerit, aliquem ex potentatibus et principibus saecularibus occasione fortasse displicentiae conceptae ex voto alicuius cardinalis in praesenti electione Rom. pontificis aliter quam voluisset dato, reditus beneficiorum ipsis cardinalis occupare, tunc et eo casu de propriis pecuniis et introitibus Rom. ecclesiae eidem cardinali tantum providebo et satisfaciam, quantum ex dicta occupatione de introitibus suis amiserit.

Item omnia gesta et facta sede vacante per obitum praefati D. Sixti papae IV. praedecessori mei per sacrum collegium, vel eius priores, sive deputatos ab eodem sacro collegio speciales commissarios rata et firma habebo, tenebo et observabo, prout nunc habeo, teneo et adprobo, quum facta fuerint urgente necessitate libertatis electionis.

Item quod suprascripta capitula omnia et singula ad unguem servabo sub poena anathematis, nec unquam sub eisdem poenis requiram cardinales, ut in aliquo contraveniant praedictis capitulis, quod si peterem, volo, quod nullo pacto consentiant, imo observent omnia sub dictis poenis maledictionis aeternae, et si secus gratia vel timore fecerint, accedente auctoritate et determinatione mea

obligante, similiter quidquid per me contra vel praeter praedicta quacumque ratione gestum vel factum fuerit, sit ipso iure irritum et inane, nullinsque momenti et roboris, et pro incerto habeatur, et nihilominus praemissa omnia, et quodlibet ipsorum in suo vigore et observantia firma permaneant: in cuius rei fidem et testimonium nos omnes manibus propriis subscripsimus.

Sequuntur subscriptiones 24 cardinalium.

Tenor aliorum capitulorum, ut supra statutorum.

Nos omnes et singuli S. Rom. ecclesiae cardinales infrascripti pro bono et felici regimine atque conservatione status universalis ecclesiae iuramus et vovemus Deo omnipotenti, sanctis apostolis Petro et Paulo, atque omnibus sanctis ecclesiae suae sanctae promittimus, quod si aliquis ex nobis electus fuerit in papam, statim post electionem de se celebratam iurabit et vovebit pure, et simpliciter, et bona fide servare, facere et cum effectu adimplere omnia et singula capitula infrascripta, nec non intra tres dies post coronationem suam dare tres bullas eiusdem tenoris secundum capitula infrascripta ad perpetuam rei memoriam, habentes vim decretalis et constitutionis perpetuae inviolabiliter observandae cum decreto irritanti, si quidquam secus factum fuerit, nec in aliquo contravenire vel dispensare, nisi prout infra in singulis capitulis exprimetur, et hoc cum consilio et assensu maioris partis dom. cardinalium, de quo quidem consensu constet per subscriptionem d. cardinalium, easque bullas praedictas tenere et conservare apud se debeant tres cardinales cuiuslibet ordines priores ad

petitionem sacri collegii nulli umquam eas assignaturi sine omnium cardinalium expresso consensu.

Inprimis iurabit et promittet, quod adveniente casu necessitatis subveniendi fidelibus Christianis ad eorum defensionem contra perfidos Turcas idem summus pontifex omnes aluminis seu apud Tolpham reditus causa talis subventioni exponet ad usum subventionis praedictae, qui si summam 50 millium non attingent ducatorum, idem pontifex tantum de aliis reditibus ecclesiae Romanae dabit, et exponet usque ad dictam summam, in qua tamen computari debeant provisiones nobilium profugorum et expulsorum ab infidelibus, quae tamen octo millia excedere non debeant, ita ut numquam de dictis aluminis reditibus dispensari, aut aliter et in alios usus exponi possit sub poena interminationis, et anathematis, et sacrilegii, quodque reditus praedicti per clericos camerae apostolicae et sacri collegii insimul scribantur et computentur, et computa eorum videantur, deputandusque depositarius teneatur praedictas pecunias exponere de mandato communi clericorum camerae, et collegii secundum determinationem summi pontificis, et trium cardinalium priorum ex quolibet ordine, et in tali casu cardinales de ipsorum pecuniis offerunt dare, et solvere pro tali auxilio decem millia ducatorum pro rata solvendorum pro quolibet secundum ratam et proportionem redituum suorum quorumcumque. Quum vero Deus concesserit generalem expeditionem validam et sufficientem concursu sanioris partis potentatuum, principum et populorum Christianorum ad offensionem ipsorum perfidorum Turcarum, ultra aluminis reditus offert bona fide et corde puro ducatorum centum millia exponenda modo quo supra. Omnes insuper ecclesiarum decimas prout videbi-

tur expedire, omnes vigesimas, et trigesimas, et alias quascumque impositiones, quae utiles, necessariae, et supportabiles videantur, cardinalesque ipsi viginti millia ducatorum causa expeditionis generalis sponte offerunt, promittentes efficaciter pro rata ut supra cum effectu solvere.

Item quod curiam Romanam in capite et membris reformabit immediate post tres menses post suam coronationem secundum consilium maioris partis dom. cardinalium et deinde continuabit usque ad plenam perfectionem.

Item quod dictam curiam non educet de urbe Romana, nec transferet de loco ad locum, de provincia in provinciam, sive de patria ad patriam intra Italiam quidem sine consensu et consilio maioris partis cardinalium, extra vero Italiam sine consensu duarum partium, de quo quidem consensu debeat constare per subscriptionem eorum, et evitentur scandala et pericula.

Item quod primum commode fieri videbitur, concilium generale celebrabit, aut celebrari faciet solemniter secundum formam antiquorum conciliorum in loco tuto et commodo, prout ei iustum videbitur, et consultum fuerit per maiorem partem cardinalium ad concitandos principes et populos Christianos ad defensionem fidei et generalem contra infideles expeditionem, ac ad reformandam universalem ecclesiam circa fidem, vitam et mores tam respectu clericorum saecularium et regularium, quam religiosorum militum et tam respectu principum, quam communitatum, et insuper eo quod pertinebit ad iudicium et provisionem ecclesiae.

Item quod non creabit seu assumet aliquos cardinales, etiam precibus quorumcumque imperatoris, regum, ducum, aut principum, nisi excedat

trigesimum annum sitque doctor vel in sacra pagina vel in altero iurium vel ad minus quoad filios vel nepotes regum competentis literaturae, et de consilio duarum partium d. cardinalium de parentela et consanguinitate sua non plures, quam unum dumtaxat qualificatum ut supra, promovebit, nec umquam excedet numerum 24 cardinalium ubicumque et undecumque consistentium et aliter vel alio modo creati post mortem pontificis, etiamsi interim exercuerint officium, sint inhabiles in electione pontificis active et passive, nec imposterum habeantur pro cardinalibus, nec creabit umquam aliquem, nisi prius reducatur collegium ad numerum minorem 24, et quum non excedant, ut praedictum est, ipsosque creandos subito publicabit, nec eos tenebit secreto, in qua creatione eorum convocabit dominos cardinales omnes, qui commode venire poterunt in Italia existentes a Bononia vel Florentia, citra quodque exquisitio dominorum cardinalium fiet consistorialiter et non auriculariter et hoc intelligatur in creatione cardinalium tantum.

Item quod nullam provisionem seu permutationem faciet de ecclesiis cathedralibus, abbatiis, prioratibus et magistratibus, aut aliis quibuscumque in camera apostolica taxatis et non taxatis, etiam sub titulo commendae, administrationis, vel alio quocumque titulo, nisi consistorialiter, aut interveniente consensu saltem maioris partis cardinalium, praeterquam de his, quae confert dominis cardinalibus et praeterquam de abbatiis, quae non excedunt valorem ducentorum ducatorum et nihil ultra taxam recipiat.

Item quod nullam facultatem praesentandi aut nominandi ad ecclesias cathedrales, et monasteria concedet principibus saecularibus, aut praelatis

ecclesiae cuiuscumque conditionis, status aut qualitatis existunt siue imperialis, ducalis, archiepiscopalis, episcopalis, vel cuiuscumque alterius praeeminentiae, nisi de expresso consilio et assensu maioris partis cardinalium.

Item quod nullam umquam bullam expediri permittet, seu alicui concedet, per quam se adstringat principibus, vel alicuius ipsorum, aut eos certificet, quod nullas ecclesias cathedrales et monasteria conferet, nisi de ipsorum beneplacito aut voluntate.

Item quod non deponet, aut privabit aliquem praelatorum ad petitionem alicuius principis, nisi iuridice se instruat, vel crimina sint notoria et in Rom. curia partibus hinc inde auditis plenarie probata, nec eosdem praelatos invitos transferet, nisi ex eisdem causis et propter illa notoria crimina, propter quae de iure veniret deponendus, et si ex aliqua necessitate secundum constitutiones canonicas dandus fuerit alicui archiepiscopo, episcopo, vel abbati coadiutor, non dabit nisi in forma iuris, omni successione penitus remota.

Reliqua sequentur.



